

Undecimus

renascuntur. piscium meatus gubernaculi modo regunt. Atque et in dexteram ac leuam motæ ut remigio quodam impellunt. Lacertis inueniuntur & geminæ. Boum caudis longissimus caulis: atque in ima parte hirtus. Idem asinis longior quam equis: sed serosus ueterinis. Leoni in sima parte ut bubus & forici: & partheris non item. Vulpibus & lupis uillosus ut ouibus: quippe procerior. Sues intorquent. Canum de generes sub aluam reflectunt.

De uocibus.

Cap. li.

Uocem non habere nisi quæ pulmonem & arterias habet: hoc est nisi quæ spirant. Aristoteles putat. Iecirco & insectis sonum esse non uocem intus meante spiritu: & icluso sonante. Alia murmur edere ut apes. Alia cum tractu stridoris ut cicadas. Recepto. n. ut duabus sub peccatore cauis spiritu mobili occurrente membrana intus attritu eius sonare uiscera fat notum est. Cætera simul cum uolatu incipere audiri: & desinere: ut muscas: apes. Sonum. n. attritu & interiore aura non anima reddi. Locustas pennis & fœmorum attritu sonare creditur sane. Item aquatiliu pectines stridere cum uolant. Mobilia & ciusta intracta nec uocem nec sonum ullum habere. Sed & cæteri pisces quauis pulmone & arteria careant: non in totum sine ullo sono sunt. Stridorem cum dentibus fieri cauillatur. Et is qui caper uocatur in acheloo amne grunnitum habet: & alii de quibus diximus oua parientibus. Sibilus serpētibus longus Testudini abruptus. Ranis sonus sui generis ut dictum est: nisi si & in his ferenda dubitatio est: quæ mox in ore concipitur non in pectore. Multum tamen in his refert & locorum natura. Mutæ in macedonia traduntur. Muti & apri. Auium loquaciores que minores: & circa coitus maxime. Aliis in pugna uox ut coturnicibus. Aliis ante pugnam ut perdicibus. Aliis cum uicere ut gallineis: aliis sua maribus. Aliis eadem ut fœminis. ut lusciniæ generi. Quædam toto anno canunt. quædam certis temporibus ut in singulis dictum est. Elephas circa nares ore ipso sternutamēto similem elidit sonum: pernares autem tubarum raucitati. Bubus tantum fœminis uox grauior: in alio omni genere exilior quam maribus. In homine etiam castratis. Infantis nascentis nulla auditur antequam totus emergat utero: primus sermo anniculo est. Semestris locutus est cresci filius in crepundiis. Quo prodigio totum id concidit regnum. Qui celerius fari cœperat: tardius ingredi incipiunt. Vox roboratur a tredecim annis. Eadem in senectate exilior. Neque in alio animalium sapius mutat. Mira præterea sunt de uoce digna dictu in theatrorum orchestris scobe aut harena superiecta deuoratur: & in rudi parietum circūiectu. Etiam doliis inanibus currit eandem concanua uel recto parietum spatio: quæ leui sono dicta uerba ad alterum caput perferens si nulla inæqualitas impediatur. Vox in homine magnam uultus partem habet. Agnoscimus eam priusquam cernamus: non aliter quam oculis. Totidemque sunt eæ quod in rerum natura mortales: & sua cuique sicut facies. Hinc illa gentium totaque linguarum toto orbe diuersitas. Hinc tot cantibus & modulis flexiones. Sed ante omnia explanatio animi: quæ nos distinxit a feris. Inter ipsos quoque homines discrimen alterum æque græde quam a beluis fecit.

Cauis uel
Cannis

Aper

De agnascensibus membris: & dicta Aristotelis de uita hominis.

Cap. lii.

Membra animalibus agnata iutilia sunt: sicut sextus homini semper digitus. placuit in egypto nutrire: portentum: binis & in aduersa capitis parte oculis hominem: sed is non cernentem. Miror quidem aristotelem non modo credidisse præscita uitæ esse aliqua in corporibus ipsis: uerum etiam prodidisse. Quæ quæque uana existimo: nec sine contatione proferenda: ne in se quisque & auguria anxie querat. Attigam tamen quæ tantus uiri in doctrina non spreuit. Igitur uitæ breuis signa ponit raros dentes: prælongos digytos: plumbeum colorem: pluresque in manu incisuras: nec perpetuas. Contra longæ esse uitæ in curuos humeris: & in manu una duas incisuras longas habentes: & pluresque. xxxii. dentes hirtes: auribus aplis. Nec uniuersa hæc: ut arbitror: sed singula obseruat. Friuola: ut reor: & nugæ tamē narrata. Addidit morum aspectus simili modo apud nos Trogus: & ipse auctor fenerissimus: quos uerbis eius subiiciam. Frons ubi est magna segnem animum subesse significat. Quibus parua mobilem Quibus rotunda iracundum: uelut hoc uestigio tumoris apparent. supercilia quibus porriguntur in reatum: molles significant. Quibus iuxta nasum flexa sunt: austeros. Quibus iuxta tempora inflexa derisores. Quibus in totum demissa: maholos & inuidos. Oculi quibuscunque sunt longi maleficos esse indicant. Qui carnosos anaribus angulos habent: malitiæ nota præuenti. Candidi pars extensa notam impudentiæ habet. Qui identidem autem operire solent inconstantia. auricularum magnitudo loquacitatis & stultitiæ nota est. Hastenus Trogus.

De anima: & de habitu animalium: & quæ gustata interimant: & de uictu hominis: & quibus de cauis non cognatum.

Cap. liii.

Nimæ leonis uirus graue: uis pestilens. Cota acta halitu eius attingit nulla fera: citiusque putrescunt afflatæ reliquis. Hominis tantum natura ifici uoluit pluribus modis: & ciborum ac detum uitis: sed maxime senio. Dolorum sentire non poterat: tactu sensuque omni carebat: sine quod nihil sentit. Eadem comeabat ab eo reces assidue exitura supremo: & sola ex oibus superfutura. Denique hæc trahebat e caelo. Huius quoque tamē reperta poena est: ut neque id ipsum quo uiuitur in uita iuuaret. parthorum popalis hoc præcipue & a iuuetæ propter idiscretos cibos: manna & uino: scetent ora

n iii